

DIVI AMBROSI

Ge ligno scientia boni & mali ita operatoria erat, ut bonum & malum agnosceretur, quod videtur scriptura ostendere dum dicit quia ubi manducauerunt ambo, aperte sunt oculi eorum, & cognoverit quod nudis essent, hoc est, aperte sunt oculi cordis, & cognoverit turpe esse nudos se degere: sine dubio ubi gustauit mulier de ligno scientia boni & mali, peccauit, & se peccasse cognovit. Quia igitur se peccasse cognoverat, vel virum ad peccati communionem invitare non debuit. Illuciendo autem virum, & dando ei quod ipsa gustauerat, non vitauit, sed iterant peccatum. Nam virtus si vere rationem speles, eum quem diligebat, non trahere ad consortium pœnae, sed magis ab eo quod cognoverat ipsa esse peccati, vel insidente renocare debuerat: quoniam videatur haec mulier sciens quod post culpam in paradiſo esse non posset, metuisse ne sola de paradiſo enceretur. Deniq; absconditum se ab eo post culpam. Excludenda igitur se esse cognoscere, confortio viri quem diligebat, noluit defraudari. Iterum accipe: Non cognitione mali malum est, sed cum actus implet malitiam. Non enim statim qui nouit malum, quod malum est facit, sed qui quod malum esse nouit operatur. Incentiu autem ad operandum quod malum est, aut iracundia aut cupiditas esse coſtuit. Nec statim necesse est ut habens scientiam mali faciat quod improbum nouit, nisi aut iracundia aut cupiditas vincat. Unde quod diximus in cœtiui peccandi, vel ira vel cupiditas est, vel plenus formido, licet ex formidine oritur cupiditas, dum vnuſquisque vult vitare quod metuit. Et ideo recte iracundia & cupiditas dutorum reliquias posuimus incentiu viriorum. Consideremus igitur vtrum Euia his ad vitiū stimulis incitata sit. Sed neq; irasceretur marito, neq; cupiditate vieta est: in secundo duxat errat, vt edendu viro daret quod iam ipsa gustauerat. Primo fuerit cupiditas aucto erroris vt ipsa ederet, frequentisque fuit causa peccati. Quod enim iam gustauerat, desiderare non poterat, & gustando mali fuerat scientiam coſsecuta. Malum igitur quod adueterat, in viru deniare non debuit, neq; cogitare proprium prævaricatorem diuinum facere mandati. Sciens igitur prudensque peccauit, sciens virum in suum traxit errorem. Alioquin inueniet falsus esse de ligno scientiam boni & mali sermo, si etiam posteaq; de ea arbore manducavit, scientiam mali habere non potuit. Quod si verus est sermo, cupiditas vtrique causam habere non potuit: licet plerique sic excusandam putent, quod diligens virum ab eo timuerit separari, & hanc causam cupiditatis preterendant, pefſe voluerit cum marito.

I De pœnitentia quæſtiois vñ mors acciderit Adæ, vtrum videlicet a natura ligni, an a deo. Caput VII.

TERVM alia quæſtio subcepit, vñ mors acciderit Adæ vtrum a natura ligni eiusmodi, an vero a deo. Si naturæ hoc ligni affribimus, videtur ligni huius fructus viuificanti insufflatione dei præstare. Siquidem viuificauerat insufflatio, fructus huius ligni traxit ad mortem. Aut si deū operatore mortis esse memoramus, dicunt quod gemina enī opinione accusemus, qd aut ita immitti ut non luerit ignorare, tū posset ignorare: aut si ignorare non potuit, videatur infirmus. Videamus igitur quomodo diluēdatur. Nisi fallor, mortis causa inobedientia fuit: & ideo homo ipse sibi mortis est causa, non habens deū suæ mortis autorem. Neq; enim si medicus præscriperit ægrotanti a quibus videatur cauendum, atq; ille ab interdictis non pœnauerit abstinēdū: causa ei mortis est medicus: sed virtus ipse sibi reus mortis est propriae. Itaq; deus quasi bonus medicus prohibuit ne Adæ noctuca gustaret. Iterum accipe: Scire bonum meli? est qd nescire: & ei qui bonum sciat, pulchrum est scire quod malum est, vt sciat cauere quod malum est, vt prudens

suebat custodiæ cautionem. Rursus autem nō sat is est k hoc solum scire quod malum est, ne malum sciens scientia boni incipias defraudari. Pulchri? est igitur vt vtrumque norimus, vt & quia scimus bonum, fugiam? quod malum est: & ex eo quod cognoscimus malum, boni gratiam præferamus. Sed ita debes vtrumque scire, vt profun de noueris, & quod noueris exequaris, ac si scire scientię congruat. Alioquin tolerabiliorem scriptura indicate eum qui vtrumque nesciat, qd qui perfunctione vtrumque cognouit. Grauat enim scire quod vel exequi vel vitare non possit. Grauat scire fine vnuſ atq; opere cognitionis profundæ. Deniq; obest ad existimationem medico sci re quid prolit & gd noceat ægroti, nisi cognitione ea quæ admodum oportet vitatur: & ideo non est cognitione bona nisi cavaris vt oportet. Item accipe: Non frustra lignum scientiam boni & mali producunt est in medio paradiſo: & si cuicunque homini producunt est, superflua interditio. Sed neq; frustra factum est, neq; aliis nisi homini factum est, qui mandatum accepit, vt nō solo eo, sed eo cum ceteris vteretur. Nam si multa discussias, complura reperies, & plane innumerā, quæ ei qd nesciat, posse sint nocere. Nec ipsas diuinitas inuenies fructuosas si habens diues subsidia largitatis, neget alimenta pauperibus, excludat inopem subſidio deficitum, aliena extorquet, quia preualeat potestate. Pulchritudo ipsa, & gemitus corporis forma frequenter in vnuſq; deformitas trahit. Nunquid igitur quisq; deformiores qd pulchritores filios habere desiderat, et inopes potius liberos suos cupit esse qd diuitiae? Plura sunt huiusmodi quæ non ad impudentiam largientis referenda sunt, sed ad male vteris errorem. Et ideo videnter accusandū potius qd donatē.

De absolutione quæſtiois quas quidam circa præscientiam dei de prævaricatione Adæ, & impressione opinionis boni & malifaciunt. Caput VIII.

TERVM quæſtio. Sciebat prævaricatum deus Adæ mādatū sua, an nesciebat? Si nesciebat, nō est ista diuina potestatis assertio. Si autem sciebat, & nihilominus scies negligenda mandauit, nō est dei aliquid superfluum præcepte. Superfluum autem præcepit primoplaſto illi Adæ qd eū nouerat minime feruaturum. Nihil autem deus superfluo facit. Ergo nō est scriptura ex deo. Hoc enim obiciunt qui vetus nō recipiunt testamentum, & has interseruit quæſtiones. Verum hi sua sententia & opinione vincēdiunt. Cum enim noui testamenti nō refutant fidem, exemplo sunt arguendi vt vetus credant: quoniam cū sibi diuina præcepta & facta conueniant, viuus auctoris testamentum vtrumq; liquet esse credendum. Dicit igitur non superfluum, nō inuici etiā prævaricatu preſcriptum esse mandatum. Nā & ipse dñs Iesus elegit Iudam, quē proditorē facebat. Quē si per imprudentiā eleūum putat, diuinæ derogant potestati. Sed hoc aestimare nō possunt, cum scriptura dicat quia sciebat Iesus quis eum proditoris esset. Coticescant igitur repugnatores isti veteris testamenti. Sed quoniam etiā gentilibus, si forte istud obicerint, respondendū videtur, qui exemplū nō recipiunt, rationē exigunt: accipiunt etiā ipsi quia ratione dei filius vel prævaricatum mandauit, vel elegerit proditorum. Venerat dñs Iesus oēs saluos facere peccatores: etiā circa impios offerebat suam debuit voluntatem. Et ideo nec proclitū debuit prætentire, vt adueterent oēs quod in eleūione etiā proditoris sui, feruandorū omnium insigne præcedit, nec in eo Iesus est vel Adā quia mādatū accepit, vel Iudas quia eleitus est. Nō enim necessitatē deus vel illi prævaricationis, vel hunc proditoris imposuit, quia vteroq; si quod acceperebat custodisset, a peccato potuit abstineſſe. Deniq; nec Iudeos oēs credituros sciebat, & tamen ait: Nō veni nisi ad oues perditas domus Israel. Ergo Mat. 15.

M

Ioan. 13.